Viro Illustri & Excellentissimo C. G. Ludwigio Med. Dr. Experientissimo & Professori Celeberrimo

Johannes Gesnerus s. pl. d.

Ex humanissimis literis Tuis Vir Excell. ipsis KALENDIS Martiis ad me scriptis facile agnovi singularem in me humanitatem tuam, quod ea promptitudine & accuratione ad quaesita mea respondens meae petitioni respondebas & me non parva liberabas sollicitudine. Gaudeo sane in ea miseriarum turba, quae bellum vulgo comitari solent & Te salvum esse, & aegris & studiosorum commodis tam egregie opitulari; & quod universae Germaniae terrorem incutere potuisset gravis lues, eam adeo mitibus symptomatibus se ostendere ut merae febris catarrhalis speciem exhibeat, quae ut per se sponte evanescet dum miles & liberiori aëre & victu vegetabili uti poterit. Nos quidem absentes per DEI gratiam a belli incommodis, non tamen non intime commovemur tot tantisque gravissimis calamitatibus & aerumnis quae tot Germaniae loca premunt & vota facimus ad benignissimum & Sapientissimum Pacis verae auctorem & restauratorem ut tandem almam pacem eamque constantissimam cito restituat.

Cl. Boehmeri dignissimi olim Discipuli tui eruditionem & peritiam e variis Dissertationibus & Flora Lipsiensi perspexi, & ejusdem operam in novo Definitiones tuarum editione lubens cognoscam quam primum haec nova editio Turicum fuerit delata.

Cl. Adansonius nuper in autumnali publico consessu Ill. Acad. Regiae Scientiarum Parisiensis acriter adversus LINNEANAM methodum detonans, nam

eamque

eamque novam promisit methodum ad Naturae normam accomodatam, et quae maximum hujus scientiae botanicae compendium facere posset. Ego quantum ex ejus literis et diario Parisiensi l'Année literaire A° 1759 inserto conjicio non alia mihi permittet quam classes naturales, quales post varios antiquiores Vaillantius, Boerhaavius, Hallerus, ~~[illegible]~~ et ipse Linnaeus c. Royeno ac nuper Jussieus praeparaverunt. Nomina primitiva, quae adhibere suadet primus in Testaceorum opere fecit, mihi minus placent; puto tamen ab eo plurimas dubias et rariores plantas autopsia cognitas illustratum iri.

Ad plantarum Historiam et edendas Tabulas omnia quantum per tempus et valetudinem et varia negotia licet paro. Phytographiae saltem specimina dissertationibus publicis ventilata mitto. Tu nostros conatus aequi bonique consulas et mihi pergas favere. Saluta Experientissimum et Nobilissimum Gahlerum cui faustissima quaeque apprecor, eique gratulor in Te se tantum Patronum invenisse. Vale et me ama.

Taurini ad d. xx. Mart. MDCCLX.

J. 207.

Ingenii comenta delet dies, Naturæ judicia confirmat. CICERO.

Symb.
Simplex veri Sigillum.

Nobilissimo Doctissimo Clarissimo Possessori
ut mei memoriam comendarem adposui

Turici Helvetior.
d. 14. Jun. MDCCLXXXIII.

Johanes Gesnerus Med. Dr. Phys. & Math. P.

Aus dem Stammbuche des Jos. Mayer in Prag.

Libere, Modeste tamen.

Haece Cel: hujus albi Possessori
in Sui memoriam apposuit
Joh: Scheüchzerus.
Med: Doctor.

Tiguri.
d. 14. Junii.
1783.

AUTOGRAPHE

de

Gesner

Johann

OBSERVATIONS

1) L.a.s. 1½ p. 4° Zürich 22. III. 1760 (Lat.) gerichtet an Chr. Gottl. Ludwig, Professor der Medizin an d. Universität in Leipzig, bedankt sich für die rasche Beantwortung der an den Verfasser gerichteten Fragen, beklagt sich über die Wirren, die der Krieg hervorgerufen hat in Deutschland, erwähnt eine Arbeit eines Schülers Ludwigs über die Flora Leipzigs u. berichtet, dass „Adansonius" in der öffentl. Herbstsitzung der Pariser Akad. d. W. [illegible] gegen die Linné'sche Methode gesprochen habe. Zur „Geschichte der Pflanzen" u. zur Herausgabe von Tafeln will er beitragen.

geb. 28. III. 1709 in Zürich, Dr. med. 1729 und Privatdozent an d. Univ. Basel, dann 1733 Prof. d. Math. in Zürich, 1738 auch Prof. d. Physik und Chorherr des Stiftes zum grossen Münster daselbst, sowie Schöpfer des Sanitätsrathes. Joh. II. Bernoulli spricht in einer Notiz über seinen freundschaftl. Verkehr „Jean Gesner, Prof. à Zuric avec qui et son ami Mr. de Haller le Père j'ai étudié pendant quelque tems les mathématique sous mon père" (Joh. I. B.) Gest. 6. V. 1790 Zürich.

Meditationes physicae de frigore (1734) Diss. de exhalationum natura, causis et effectibus (1739) Diss. de principiis corporum (1743-45) De corporum motu et viribus (1746) De effectibus, qui a virium compositione producuntur (1747) De motibus variatis (1749) Diss. sistens de motibus variatis supplementum, de viribus centralibus (1750) De natura et viribus fluidorum (1751) De hydroscopio constantis mensurae (1754) De thermoscopio botanico (1755) De petrificatorum differentiis et varia origine (1752, 1756) De triangulorum resolutione primario matheseos ad physicam applicatae fundamento (1757, 58) Stiftete 1747 die naturforschende Gesellschaft in Zürich.

2) F.d.Alb. a.s. 1 p.8°, obl., Zürich, den 14.6. 1783. Aus dem Stammbuche des Josef Hager in Prag. Auf der Rückseite Stammbucheintragung des Med. Prof. Johann Scheuchzerus.

